

Rhodijs licet a turchis nō parua diffidia habuerūt. post tñ cōstantinopolis expugnationē graua sente
 re bella. Cū q̄tuor ⁊ viginti annoꝝ curriculo cōplures sibi vicinas ditiones subegissent. animo infla
 tus mahumet egre admodū tulit rhodiā urbē finitimā eius imperio liberam eē. Mahumetes igit̄ impator
 ingenti classe maximāq; bellatoꝝ vi rhodum petens. Appulit itaq; ea classis veloz centū decimo kal. iunij
 Anno incarnationis. 1480. militeq; in terrā exposito p̄mū in vertice mōtis sancti stephani ⁊ circa eius mō
 tis colles castrametati sunt. ⁊ p̄ tres ferme menses urbē bombardis alijsq; missilibus indefinenter p̄ duces
 suos lacerauit ⁊ oppugnauit. Verū petrus dabuson magnus rhodioꝝ militū magister xp̄iane religionis
 amantissimus. vir prudentissimus ac magnanim⁹ sue magnanimitatis magnū experimentū dedit. diuina
 em̄ fauente clementia principis ⁊ suoꝝ v̄tuti fauente turchi fundunt. ppulsant. cedunt. tātoq; impetu ter
 ga vertunt vt sibi p̄p̄is necē afferrent. fama satis constans est turchos visionis miraculo exterritos. maiore
 em̄ partem exercitus amisit. vbi celitus xp̄i ihesu ministri ppugnantes visi militibus rhodijs miraculo tur
 chis terroꝝ fuere maximo. Fatendū igit̄ hanc victoriā celo dimissam esse cū tam parua militū copia hosti
 po tētissimo iā muris potito restitit. Exacti igit̄ nouē ⁊ octaginta dieb⁹ ipator rhodioꝝ littore classes solues
 phiscū nauigare p̄perat. illic milites ⁊ suppellectilē exonerat. vbi dies vndecim moratus ad domesticos la
 res cū clade ⁊ ignomia reuertit. Petrus autem a pontifice sicut ⁊ ceteris omnibus euope xp̄icolis pecu
 nijs adiutus. vbi laceratam insulam diligenti cura restituit ⁊ celebriores fecit.



Apuđ suitēses montanos q̄s
 itali suiceros appellāt haud
 longe a finib⁹ lucernensū in loco
 vasti solitudinis homo senex soli
 tarie vitā abstinentissimā hoc tpe
 habebat. q̄ p̄ annos. xx. sine om̄i
 corpali cibo vixit. quē fratrē nico
 laū appellabant. vir corpe aridus
 sic⁹ exhaustus sola cute neruisq;
 ⁊ ossibus compactus. Et q̄q; be
 renite diutius ieiunent. ⁊ illesi p̄
 pter ocū ⁊ vitā vmbrosam sicut i
 carceratis p̄tingit nō raro ⁊ s̄ ter
 ra pprie. cū p̄pter indigestionem
 plures in ip̄is aggregent supflui
 tates flegmatice crude. cū sint cōti
 nue in deū iuuentes virtute auia
 li. virt⁹ debilitat naturalis vt no
 cumentum nō videat p̄cipe a ieiu
 nio. Estq; consuetudo in his sicut
 et in alijs nō parua res. Verū hic
 homo quasi celestē vitam in terris

egit. immaculata absq; sorde. q̄uis nōnulli eū hominē gloriosum dixerūt suāq; vitā ad iactanciā interpretati
 sunt eoq; mercedem accepisse p̄dicarunt. S̄ sunt iniqui iudices. qui nō in melius que occulta sunt interpretat̄
 tur q̄ que patent. Cur virū calumniens qui longā vitam in artissima paupertate ⁊ solitudine duxit. q̄ multos
 annos in bona conuersatione accedentiū eos consolando absumpsit. in abstinentia extrema ⁊ humilitate p̄
 seuerans. qui nihil appetiuit. qui nulli iniurius. parua fuit merces tantis laboribus humana laus. stultus
 est qui p̄pter rumusculos hoīm suū corpus affligit. suūq; gremiū fraudat: Is sanctus ⁊ iustus homo. qui
 auariciā calcavit. honores seculi subegit. qui patientiā obierit. qui nullū supbie fomitem ostendit. sola fidu
 cia futuroꝝ teneri arbitrat̄. retributionēq; thesauri celestis expectare potius iudicat̄. Judicauit hoc p̄petua
 hominis leticia. quem nemo mestum vidit s̄ vultū semp eodem. Sciebat se mortali culpa liber. bonis ope
 ribus a p̄templationibus intentū. Potuit cū paulo dicere. Gloria nostra hec est testimoniū conscientie nr̄e.
 et decetero reposita est mihi corona iusticie quā reddet mihi in illū diem iustus iudex. Per antistitem quoq;
 constantiensem approbatus. Tandem senio ac viribus deficiens eius senilem animam mollis dissoluit so
 por. sepultus in ecclesia sui pastoris non sine miraculis q̄scit. q̄ ⁊ finitimis pplis nōnulla vaticinia p̄dixit

Hidruntū apulie maritima ciuitas hoc anno. 1480. ab exercitu mahumeti turchoꝝ principis diu expu
 gnata. Cum eius exercitus a sarfone in apuleā transuectus est in colle qui vbi imminet castrametati
 sunt vallo ⁊ fossa munitissimi ita hidruntū obsederunt vt nulla spes erat ferendi auxiliij. Tandem disruptis
 membris advesperam protracta pugna. superati hidruntini. ingressi urbem turchi. archiep̄s obstupuit vt
 nec verbū trucidatus emittere potuit. qui in hostiū manus deuenerūt omnes capite plexi sunt. Franciscus
 lurgus hidruntinoꝝ dux captus ⁊ exarmatus medius p̄fectus est. supra duodecim milia euaserunt. tantū
 duo ⁊ viginti. potiti prima victoria barbari ceperunt statim vicina oppida sollicitare ad deditionem. et in
 primis leucen ⁊ tarentum. Infelix igitur apulia fuisset si obitus mahumeti non interuenisset. quo mortuo
 alphonso dux calabrie urbem valida obsidione cinxit. Turchi audientes sui principis obitum diffisi pos
 se urbem tueri saluis rebus suis sese alphonso tradidere. Qui urbem ingressus omnia retinuit ⁊ turchos
 quosdam in mancipijs suis reseruauit.